



MINISTÈRE  
DE L'ÉDUCATION  
NATIONALE

EAE LCL 5

SESSION 2019

---

## AGREGATION CONCOURS EXTERNE

Section : LETTRES CLASSIQUES

VERSION LATINE

Durée : 4 heures

---

*Les dictionnaires latin-français Bornecque, Gaffiot (y compris la nouvelle édition 2000), Goelzer et Quicherat sont autorisés.*

*L'usage de tout ouvrage de référence, de tout autre dictionnaire et de tout matériel électronique (y compris la calculatrice) est rigoureusement interdit.*

*Si vous repérez ce qui vous semble être une erreur d'énoncé, vous devez le signaler très lisiblement sur votre copie, en proposer la correction et poursuivre l'épreuve en conséquence. De même, si cela vous conduit à formuler une ou plusieurs hypothèses, vous devez la (ou les) mentionner explicitement.*

**NB : Conformément au principe d'anonymat, votre copie ne doit comporter aucun signe distinctif, tel que nom, signature, origine, etc. Si le travail qui vous est demandé consiste notamment en la rédaction d'un projet ou d'une note, vous devrez impérativement vous abstenir de la signer ou de l'identifier.**

**Tournez la page S.V.P.**

## **Jupiter, critique envers la nature providentielle, donne aux hommes les céréales à l'occasion du rapt de Proserpine**

« Abduxere meas iterum mortalia curas,  
iam pridem neglecta mihi, Saturnia postquam  
otia et ignavi senium cognouimus aeui,  
sopitosque diu populos torpore paterno  
sollicitae placuit stimulis inpellere uitae,  
incultis ne sponte seges grandesceret aruis,  
undaret neu silua fauis, neu uina tumerent  
fontibus et totae fremerent in pocula ripae.  
Haud equidem inuideo (neque enim liuescere fas est  
uel nocuisse deos), sed, quod dissuasor honesti  
luxus et humanas oblimat copia mentes,  
prouocet ut segnes animos rerumque remotas  
ingeniosa uias paulatim exploret egestas  
utque artes pariat sollertia, nutriat usus.  
Nunc mihi cum magnis instat Natura querellis  
humanum releuare genus, durumque tyrannum  
immitemque uocat regnataque saecula patri  
commemorat parcumque louem se diuite clamat,  
qui campos horrere situ dumisque repleri  
rura uelim, nullisque exornem fructibus annum ;  
se iam, quae genetrix mortalibus ante fuisset,  
in dirae subito mores transisse nouercae :  
'Quid mentem traxisse polo, quid profuit altum  
erexisse caput, pecudum si more pererrant  
auias, si frangunt communia pabula glandes ?  
Haecine uita iuuat, siluestribus addita lustris,  
indiscreta feris ?' Tales cum saepe parentis  
pertulerim questus, tandem clementior orbi  
Chaonio statui gentes auertere uictu ;

atque ideo Cererem, quae nunc ignara malorum  
uerberat Idaeos torua cum matre leones,  
per mare, per terras auido discurrere luctu  
decretum, natae donec laetata repertae  
indicio tribuat fruges, currusque feratur  
nubibus ignotas populis sparsurus aristas  
et iuga caerulei subeant Actaea dracones.  
Quod si quis Cereri raptorem prodere diuum  
audeat, imperii molem pacemque profundam  
obtestor rerum, natus licet ille sororue  
uel coniunx fuerit natarumue agminis una,  
se licet illa meo conceptam uertice iactet,  
sentiet iratam procul aegida, sentiet ictum  
fulminis et genitum diuina sorte pigebit  
optabitque mori. »

CLAUDIEN

## INFORMATION AUX CANDIDATS

Vous trouverez ci-après les codes nécessaires vous permettant de compléter les rubriques figurant en en-tête de votre copie.

Ces codes doivent être reportés sur chacune des copies que vous remettrez.

Concours	Section/option	Epreuve	Matière
EAE	0201A	105	0310